quā ſub ſuo habebat regimine vti earum
volens conſilio dixitqꝫ ad eas. Cernitis dile-
ctiſſime ſorores q aſperitas itineris magnū
laborem aſcendentibꝰ pegrinis et debilibus
confert et ideo pauci adeunt. Ego aūt volo
iubere ſi vr̄e placuerit ſcītati ī inferiori
latere iſtius montis edificare hoſpitale ad
recipiendū xpianos. Cui oēs rn̄derūt opti-
mum eſſe eius conſiliū et accepta eorum
benedictione inprimis ibi eccliam conſtruxit.
et eā in honore ſcī martini dedicari roga-
uit et deinde receptionē pauperum fecit.
Placuit aūt ſororibꝰ habitacio illa quia
locus amenus erat et aquarū abundancione
locuples et poſtulauerūt ut ibi mōſteriū
faceret q ſuperius mōſteriū in magna
aquarū penuria ſitum erat. Illa autem
conſilio illarum aſſenſū pbens edificauit et
ibi mōſteriū ſicut hodiernus comprobat dies.
Factū eſt aūt dum in eodem ope occupata
eēt ut veniret ad eā quidam vir portans
ī manu ſua tres virgas de arbore tilia.
et dixit ad eā. Dn̄a accipe has virgulas et
planta eas ut in poſterū ob memoriā tui
habeant. Illa aūt accipiens iuſſit tres pa-
rari foſſas. interim aūt acceſſit ad eam
vna de ſororibꝰ et ait. Noli has plantare
dn̄a virgas quia frequenter ex ipa ar-
bore naſcuntur vermes mali. Et illa noli
inquit turbari q nunqꝫ aliquid contrietatis
ex hiis arboribꝰ veniet. Et tulit vnam in
manu ſua et ait. In noīe pris te planto.
et alterā accipiens dixit et te ī noīe filij.
et terciā tulit dicens et te in noīe ſpūs ſcī
in miſteriū trinitatis complens. Que vſqꝫ hodie
vmbra ſua videntur ī ardore eſtatis
pſtare ancillis xpi magnū refrigeriū ſe
plurimū extendendo ſpaciū. Erat enī ei
conſuetudo pegrinas ad ſcām guſacioꝫ
ſuſcipe feminas tam de ſcocia quā etiam
de britannia nec nō et viros religioſos
ex diuerſis prouincijs venientes cum gaudio
ſuſcepit et ex eis ſibi pbros ordinari ro-
gauit. Et confirmauit vtraqꝫ monaſteria.
et collocauit ī eis ſcīmoniales. Et poſt hec
conuocauit oēs ſorores et rogauit eas ut
ſibi indicarent vtrū canonicā ā regularē
vitā ducere vellent. Cui oēs vnanimit'
rn̄derūt ſe regularē velle conuerſacione
habere. Illa aūt cū humilitate et manſuetu-
dine dixit eis. Scio enī kme ſorores et
matres vos pmptiſſimas eſſe ad omnia
aſpera et dura p xpi noīe tolerāda. ſꝫ timeo
nos ſi regularem vitā elegerimus male-
dictionem a ſucceſſoribꝰ noſtris incurrere
qa iſte ut ſcitis locus valde incompetens et
laborioſus eſt regulari vite adeo ut nec

aqua niſi cū magno labore hic adipiſci po-
ſſit. Unde mihi videtur ſi vre placuit almitati
melius eē ut in canonico habitu conſiſtatis.
Cui omes ſcdm illius vbā elegerūt canonicā
regulā in qua vſqꝫ hodie in ſupdictis mōſte-
rijs degentes pcedenciū normā ſequendo
pſeuerant. Illa aūt ut cognouit q canoni-
cam regulam elegerūt ait. Gras tibi ago
dn̄e ihū xpe. q me indignā nō meis meritis
ſed tua ineffabili clemencia ex cecitate
pſtm̄ baptiſma recipe dignatus es. Te dn̄e
ſupplico ut hanc familiā tuā cui me pee
feciſti tua ptectione vbiqꝫ cuſtodias et oēꝫ
cupiditatem carnaliū deſideriorū ab eis
auertas. ut tibi dn̄e toto niſu mētis illiba-
tū ſtudeant ſemp impendere famulatū. Ipa
aūt paſcenſis ſtarcū virtutū qui bona abies
in altū pficiebat. et quiuis toto conamine
oēs ī comune ſcōs ad auxiliandū ſibi ſa-
tageret inuocare. ſepius tn̄ reliquias ſcī
iohīs baptiſte frequentabat. eo qd in bap-
tiſmate viſū adepta fuerit. Unde etiā
eccliam ī honore ipius edificare cupiebat.
Sꝫ q prius reuelacioꝫ ſcire volebat in quo
loco ecclīā ſibi conſtrui pdeſtinaret. ante
nocturnas horas ſurgens ſecretū que ſibi
ad orandū elegerat locū petijt. ſeqꝫ ibi
ī oracione ſup vnā petrā pgrandem pſtrauit.
q vſqꝫ hodie ob memoriam ipius crucem
ligneam geſtat nō modicā. Dumqꝫ ſe ī oracioꝫ
ſibi largiter effudiſſet. ſcūs iohēs baptiſta
magna claritate comitatus dr apparuiſſe
taliter ſicut ſaluatorē in iordane baptizauit
circuamictus. Una aūt ſtarcū feminarū
cuius in miniſteriū erat horā diuini officij
puidere ſurgēs foras egreſſa eſt ut ſtellis
contemplatis ſciret ſi iam tempus eſſet ad
ſignū nocturnale pulſandū. Videns aūt
tantā claritatē ſcire volens quid hoc eēt.
pedetemptim ppius acceſſit. Cuiqꝫ ppius
acceſſiſſet nimio ſplendore pterrita con-
tinuo ad pprium repedauit officiū. nichilqꝫ
ibi videre potuit. niſi ſcām virginē nimia
claritate circūdatā. ſcm aūt iohēꝫ minime
vidit. Tunc ſcūs iohēs electe dei virgini et
locū vbi eccliam conſtrui vellet et quātū
ſpaciū in latitudine et longitudine habere
deberet patefecit. Finitis aūt nocturnis.
extimplo eā dei ancillā q huic viſioni
interfuerat ad ſe conuocauit. et ei indixit ut
nulli hāc ante ſuū obitū maifeſtaret vi-
ſionē. et hoc q ipſam latebat. aperuit dicens.
claritas quā vidiſti nō ppter me ſꝫ ppter
ſcm iohem aduenit. qui mecū loquendo p-
ceptum ſibi ecclīe conſtruende iniunxit.
Facto vero mane ingenti gaudio repleta.
mox diuinū qd ſibi oſtenſū erat facere
opus inchoauit. In ipſa aūt inchoacione

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 111v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/111v)